

.xxii. OMELIA . IN DOMINICA .ii. IN .xl.

/43r/ PRIMUM omnium . tria quaedam unicuique homi  
ni pernecessaria sunt . fides . spes . caritas . fides .  
ut credat in deum patrem omnipotentem . et filium . et spiritum  
sanctum . tres personas et unam substantiam ; Spes . ut certe  
speret eterna premia ; Caritas . ut sit plenus in dilec-  
tione dei et proximi . quia omnes in baptismo filii dei  
sanctificamur . ut fratres simus spiritaliter . in caritate  
perfecta . secundum deum ; Manere ergo debemus in dilectio-  
ne dei et proximi ; Vt ipse semper in nobis perseueret ; quia  
sicut iohannes ait . deus caritas est et qui manet in caritate .  
in deo manet . et deus in illo . [T]<sup>i</sup> Sex quoque sanctę religioni  
christianę . et precipue in his diebus necessaria sunt . Confes-  
sio . poenitentia . uigilię . ieiunia . orationes . et elemo-  
sina ; Confessio igitur facienda est . de omnibus peccatis .  
quae siue in cogitatione . siue in locutione . siue in opere  
perpetrantur . Octo sunt síquidem uitia principa-  
lia . sine quibus uix ullus inueniri potest ; Est enim  
primum castrimargia . hoc est uentris ingluuies .  
Secundum fornicatio . Tertium accidia siue tristitia .  
Quartum auari`ti`a . Quintum uana gloria . Sextum inuidia .  
Septimum ira ; Octauum superbia . quę est omnium malorum  
regina . per quam creatura angelorum mirabilis cecidit  
de cęlo . [T] Quando ergo unusquisque ad confessionem  
uenerit . diligenter debet inquiri . quomodo aut qua  
occasione peccatum perpetrauerit . quod peregisse sé  
confitetur ; et iuxta modum illius facti . debet ei poe-  
nitentia iudicari ; Debet etiam ei persuadéri . ut de  
peruersis cogitationibus faciat confessionem . Debet ei

/43v/ etiam iniungi . ut de octo principalibus uitiiis . faciat suam  
confessionem . Et nominatim ei debet sacerdos  
unumquodque uitium dicere . et suam de eo confes  
sionem accipere . Deus ergo confessionem nostram  
desiderat . ut iustam habeat causam ignoscendi .  
Confessio enim sanat . confessio iustificat . confessio  
ueniam peccatis donat . [T] Omnis spes uenię in con  
fessione consistit . Confessio opus est misericordiae .  
salus egróti . unicum est uiribus nostris medicamentum  
cum poenitentia . quia nos aliter salui fieri non pos  
sumus . nisi confiteamur peccata<sup>ii</sup> nostra . quę inique  
egimus . Unde<sup>iii</sup> et salomon de confessione pecca  
torum dixit . Qui abscondit scelera sua . non di  
rigetur . qui autem confessus fuerit et reliquerit  
ea . misericordiam consequetur . Post hanc igitur  
accipienda est poenitentia . De qua saluator  
ait in aeuangelio . Poenitentiam agite . adpropinqua  
uit enim regnum caelorum . Et iohannes baptista .  
facite inquit fructus dignos poenitentię ; [T] fruc  
tus dignus est poenitentie . transacta flere  
peccata . et eadem iterum non agere ; Sicut scrip  
tura ait . Ne adicias peccatum . super peccatum . La  
uamini dicit dominus per isaiam prophetam . et mundi esto  
te . Lauatur itaque et mundus est . qui et pre  
terita plangit . et iterum flenda non admittit .  
Lauatur et non est mundus . qui plangit quod  
gessit . nec deserit . sed post lacrimas haec eadem  
est uera poenitentia . quę districte agitur .  
/44r/ Poenitentia enim uera non annorum numero censetur . sed  
amaritudine animi . quia non longitudinem temporis  
tantum requirit deus . sed pensat quantus sit affectus

sinceritatis in corde poenitentiam agentis . [T] Quam  
uis igitur quisque sit peccator et impius . si ad poeniten  
tiam conuertatur . consequi posse ueniam . dei mi  
sericordia . non dubitet . In hoc enim seculo poenitentiam  
facientibus . dei semper misericordia súbuenit . Huic siqui  
dem . coniungendę sunt uigilię . quia ipse `et<sup>iv</sup> fructus  
eius . eleuant ad cęlum . Unde et nos uigilare oportet .  
sicut isaias propheta dicit . De nocte uigilat spiritus meus  
ad te domine . quia lux precepta tua sunt super terram ;  
Item dauid propheta dicit . Media nocte surgebam ad  
confitendum tibi . super iudicia iustificationis tuę .  
Unde et saluator . ad uigilandum auditores suos excitat  
dicens . Beati serui illi . quos cum uenerit dominus . in  
uenerit uigilantes . Amen dico uobis . super omnia bona  
sua constituet eos . Et iterum . Ego diligentes  
me diligo . et qui mane uigilauerint . inuenient  
me . [T] Vigilate ergo . nescitis enim quando dominus ueniat .  
sero . án media nocte . an galli cantu . án mane .  
Ne cum uenerit . inueniat uos dormientes . Et ne  
solis apostolis illud preceptum esse crederetur . mox sub  
iunxit : Quod autem uobis dico ; Omnibus dico uigilate ;  
sciendum est itaque quod non solum uerbis docuit uigi  
lias . sed etiam suo confirmauit exemplo . Namque  
testatur aeuangelium . quia erat iesus<sup>v</sup> pernoctans in  
oratione dei . Uigilandum est ergo omnibus fidelibus ;  
/44v/ quia uigiliarum deuotio . familiare bonum est omnibus sanctis .  
Sciunt enim quod `non<sup>vi</sup> est uanum mane surgere ante lucem  
ad uigilandum . quia promisit dominus coronam uigilantibus .  
Post haec congrue sequuntur ieiunia ; de quorum lau  
datione . dicit isídorus . Ieiunium est res sancta ; opus cęle  
stę . Ianua regni cęlestis . forma futuri seculi ; Quod

qui sanctę agit . deo coniungitur . Mundo alienatur .  
spiritalis efficitur ; Per hoc prosternuntur uitia . hu-  
miliatur caro . et diaboli temptamenta uincuntur ; [T]  
Hieronimus dicit . Ieiunium castigat corpus . refre-  
nat uitia ; incitat uirtutes ; Agustinus dicit ; Iei-  
unium pandit misteria ; Excludit uitia . Inluminat  
animam ; Ieiunia igitur fortia tęla sunt ; Aduersus  
temptamenta demoniorum . cito enim per abstinentiam  
uincuntur ; Sciendum est itaque . quod ieiunium multum  
ualet ; Populus enim niniuen ieiunauit triduanum  
ieiunium . per quod meruit accipere dei misericordiam et indul-  
gentiam peccatorum . Populus dei ieiunauit antequam  
pascha comederet . per quod meruit mare transire  
rubrum siccis pedibus . et inimicos mari uidere dimer-  
sos [T] Moyses in deserto ieiunauit . per quod meruit  
audire misteria . Daud post peccatum suum  
ieiunauit . per quod meruit delictum delere . ut  
ille ait . Humiliabam in ieiunio animam meam .  
christus ieiunauit quadraginta diebus et quadragin-  
ta noctibus . per quod superauit aduersarium . et sta-  
tim angeli ministrauerunt ei ; Petrus ieiuna-  
uit . per quod meruit angelum uidere soluentem  
/45r/ se de carcere . Iohannes euangelista ieiunauit . per quod  
meruit mysteria diuina audire angelo ei annun-  
tiante . Paulus ieiunauit . per quod meruit sanari  
de cęcitate . et accipere baptismum . Hieronimus ait .  
quandiu non comedit adam . fuit in paradyso  
ut autem comedit . statim de paradyso expulsus est .  
Bonum est ergo fratres karissimi ieiunium . sed mensuratum esse  
debet . quia quicquid temperatum fuerit . illud sa-  
lutare est . Quicquid autem nimis et ultra modum

fuerit . ipsum periculosum est . sicut pluuias multum  
distillans . quę si nimium imbres prebeat . non solum  
nullum usum bonum ádhibet . sed etiam periculum  
éxhibet . Hieronimus dicit . sint ergo tibi cotidia-  
na ieiunia . et refectio satietatem fugiens ; Id est  
cotidie esurire . et cotidie prandere . [T] Sciendum  
est igitur quod ieiunia cum bonis operibus . deo op-  
time acceptabilia sunt . quia hoc est perfectum  
ieiunium . quod cum aelimosinis et orationibus cęlum  
transit . et ad thronum altissimi dei peruenit . De hinc  
sequuntur orationes . de quibus isidorus dicit .  
Orationibus mundamur lectionibus instruimur .  
Sciendum est ergo . quod oratio assidua multum ualet  
apud deum . Paulo apostolo dicente . Oratio sancti assi-  
dua . multum ualet apud deum . Orauit enim moy-  
ses . et auertit iram dei a populo deprecante idolum .  
Orauit helias . ut non plueret super terram . et conclu-  
sit cęlum per tres annos et sex menses . Et rursus  
orauit et cęlum dedit pluuiam . et terra dedit fructum suum .  
/45v/ Orauit ionas in uentre cęti . et liberatus est . Orauit  
daniel de lacu leonum . et meruit audiri . Orauit  
heliseus heliam . ut spiritum eius dupliciter acciperet .  
[.ii.]<sup>vii</sup> Orauit ezechias in infirmitate sua . et adiecit ei deus  
quindecim annos ad uitam . Quicumque ergo uult cum  
deo semper esse . frequenter debet orare et frequenter  
legere . Nam cum oramus . ipsi cum deo loquimur .  
cum uero legimus . deus nobiscum loquitur . Ad ex-  
tremum sequitur de çlimosina . que est plenitudo  
et perfectio bonorum operum . De cuius laudibus ait  
agustinus . aelimosina est . Res sancta . auget pre-  
sentia . demit peccata . Multiplicat annos . no

bilitat mentem . dilatat terminos . mundat<sup>viii</sup> omnia .  
liberat a morte et a poena . Iungit angelis . separat  
a demonibus . murus est inexpugnabilis circa  
animam . Dēmones expellit . inuitat angelos  
in auxilium . Hieronimus dicit . Aelimosina pe  
netrat<sup>ix</sup> cēlum . Precedit dantem . Pulsat ianuam  
regni . Excitat angelum in obuiam . Deum conuocat  
in adiutorium . Origenis ait . Aelimosina aebrai  
ce . Dei mei opus latine interpretatur . Hoc nomen  
non tam humanum quam diuinum opus indicat .  
[.iii.] Tria sunt enim genera aelimosinarum . una cor  
poralis . aegenti dare quicquid poteris . Altera  
spiritalis dimittere ei a quo lēsus fueris . Tertia  
delinquentem corrigere . et errantes in uiam  
reducere ueritatis . Haec in nobis implere  
dignetur saluator mundi . Qui cum patre  
/46r/ et spiritu sancto uiuit et regnat in secula seculorum . amen .

<sup>i</sup> Lectio numbers for this sermon are marked by a T-shaped insertion mark, here indicated within square brackets.

<sup>ii</sup> peccata] *corr. from pecceta*

<sup>iii</sup> Unde] *corr. from Uade*

<sup>iv</sup> et] *added by a later hand*

<sup>v</sup> iesus] *the standard abbreviation ihs is modified by a later hand which inserts a superscript e, thus i<sup>e</sup>hs*

<sup>vi</sup> non] *added by a later hand*

<sup>vii</sup> *This marginal lectio number in red and the one further below appear to be later additions by the hand that wrote cum caritate in the margin.*

<sup>viii</sup> mundat] *corr. from mundet*

<sup>ix</sup> penetrat] *corr. from penetret*